

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János Romæ, 1657

September.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

256 Anni dier. illustr. SEPTEMBER.

il

श

t

V

nffaaa

Nangasachi. 3. Sept. .1632. atat.63. Sac 43.

P. Antonius Iscida. Pintus. Milosophia, & morali Theologia in Societate eruditus, e a qua pollebat dicendi facultate perdiligenter ad Iaponiæ suæ salutem vtebatur, magno suo periculo, sed non minore animarum fructu. Anno 1629. tentus, religios u sacerdotem se esse confessim confessus est. Spes illi certa vitæ oblata, si Christo nuncium remitteret: sed ille vitæ prins quam Christo nuncium remittere se paratum esse aie. bat. Ferrum eius collo, pedibusque circumdatum, & indicta disputatio; in qua vi-Aor, cum tribus ex inclytas S. Augustini familia Patri-

bus in custodiam detrusus,

ibi

Fides .

Mortif.

ibiorandi, corpusque affictandi exemplis alius alium accendebat. Is interea qui eum prodiderat, misera mor. te interijt. Sie illi annus non vnus ductus inter carceris molestias, cum semper ades sent qui eum identidem ad sectas Iaponicas inuitarent. at ille incassum aiebat secur agi: Christi se esse, ac fore: agerent, cruciarent, occiderent. Ad minas respondebat: se vltra minas etiam supplicia expedare; ac velle Magnus se cum illis certare, vtra pars animus... priùs, illine pœnas irrogando, an ipse irrogatas ferendo deficeret. Alios ex alijs cruciatus in hebdomadas, menses, annos accerferent, & mortem lentam. extenderent: hoc se in causa Christi cupere, hocexpe-

ali

te

li-

n-

m

·i-

i-

90

m

15

a-

9 =

15

e.

pestare, ve sentiat se mori. Nec fortius dixit quam tecit. Anno 1631.4. Decembris aquis sulphureis variè cruciatus, suspendebatur, iun. Auris vndequaque vi dirâ extensis, & scapulis aquâ bulliente perfusis. Quo rerum articulo cum illum sui ciues iterum ad defectionem lacesserent, atque vt Imperatoriæ voluntati obedienter annueret, seque verè Iaponem esse ostenderet, inuitarent; his nihil motus, & (quod omnes stupuêre) ab aqua nihil adustus est. Ita. per dies 30. nouis & semper varijs sæuitiæ artibus tortus, iterum carceri redditus, demum hoc die lento igne combustus est, victima gloriosa.

Est qui hoc die, anno 1645.

ri.

e-

u-

n· râ ıâ

ini

m

e-

1-

2-

i

& .b

r

52

5.

collocet P. Petrum Romerum, de quo nos 22 Martij. Is post egregios annoru 34. labores eo qué dixi modo cæfus est, quia à vafro homine pro cocione coram populo accusatus, quòd nouam fidem promulgaret, viros à concubinis abduceret, morum licentiam ad Christi leges adstringeret. Hæc in eum cum dice. rentur; Petro horas canonicas recitanti, & corum inconscio, Breuiarium sanguine immaduit; cuius ille causam reperire non potuit. Cæsus est cum ad aram iret sacris operaturus. Guiraqueraius eius proditor fassus est (vt iurati testes affirmant) necem illi odio nouæ fidei, & amore Iaponicæ superstitionis illatam.

P.Tho-

260 Anni dier.illustr.

Iapon.

Nangasachi.

6. Sept.,
1627.
etat. 56.
Soc.38.

praclare apud suos Iapones satageret grata dicendi afsuentia ve disertus ita impi-

ger, ab ipso divino sacrisicio peracto in custodiam dePtil

A

विशिव्या

dudffi

P. Thomas Tzngi.

Cùm pro re Orthodoxá

trusus, multifariam à suis blande seuerèque tentatus,

esfusâ quantâ maximâ poterat, selicis facundiæ copiâ se

ignibus pro Christo deuoue-

bat. Cum duobus fuis comitibus ad flammas damnatus,

post sudores genti sue 34.an.

nis laudate impensos, in ignis medio de Christi patientis

tormentis, ac de fide Catholicâ magno verborum pon-

dere perorauit. mox voce in cantum flexa; Laudate Domi-

num omnes gentes; cantauit:&

est. Illud admirabile, ac Ia-

po-

Fides?

Ordio.

ponibus & Lusitanis testibus luculentis (qui ipsi adfuêre, ac rem accurate oculis lustrauere) exploratum est; pectus mortui P. Thomæ vltrò apertum dissilijsse; & ex illo visam egredi rubram, ctoris. flammam, quæ sursum in celum sublimis volatu igneo splendens abierit, eorumque qui hec spectauere Christianorum corda mirè accenderit.

P. Stephanus Pongracz.

Aluinciensis domo, Philosophix Theologizque stu- rus. dijs in Societate perfunctus, 7. Sept. septem annos posuit in iu- 1629. uentute Rhetoricis, alijsque disciplinis erudiendâ. Tum scholis,& conuicoribus pręfuit; & ad populum pro didignitate dixit. In Cassouiensi hæreticorum turbine vnà

Hunga-Cassouis. ætat.40. Sec. 18.

xâ

es

f-

oi-

fi-

e-

iis

So

e-

fe

e.

is

159

n.

is

cis

0-

7.00

in

12-

82

LIS

Les.

262 Anni dier.illustr.

So

m

qu

ef

fe.

ph

2

rò

m

tu

nu

po

CO

cla

ro

gá

111

tu

cil

CO

de

Cr

TII

vnà cum P. Melchiore Grodecio Silesio, ac etiam Marco Chrysino Strigoniesi Canonico, Cassouie quintâ, sex. tâ, & septimâ Septébris die domo prodire prohibitus, triduum illud sinè cibo, ac potu duxit tam ipse quam socij same magna, sed siti maiore, vexati. Nam obtrusas sibi feria v 1. & Sabbato carnes non admisere; ne apud rudes id esset indiciū quòd minis, promissive cessissent, ac fidem orthodoxá, cum Caluini sectà commutassent. Cim Canonicus ab hæreticis ad deserendam fidem Catholicam spe bonorum illi transcribendorum inuitaretur, Stephanus eum qui ea nunciabat Caluinista diserte dixit mali dæmonis fungi officio; certum sibi ac 100

Fides .

0=

1-

2-

X

ie

5 7

C

ti

)-

10

10

ũ

ã,

1-

b

1-

n ã

S

C

socijs esse, in Ortodoxa side mortem præ fortunis vitàque habere. Cum Caluinistæ moriendum illis continuò esse dicerent, & causam eius sententiæ rogarentur à Stephano ac socijs, respondère: Quia Paptista estis. Hac verò de causa, se ac socios mortem libentissimè oppetituros dixit Stephanus; & nudato collo ceruicem exporrexit. Septimâ Septébris coorto tumultu obuius è coclaui progressus Stephanus rostrata claua ferrea (bozogány vulgo dictá) valido ictu in pectore percussus, prostratus est. Mox illi caput fune circumactum, tantâque vi compressum, vt mortuus crederetur. Tota illa nox in cruciatibus diris acta, tenerrimis quibusque corporis

264 Anni dier.illustr.

re

no

ru

pc

m

Spi

eu

ris

21

ru

al

I

fi

p

n

n

in fi go ti o li d

partibus intra bombardaru rotas contortis. Cruciatus etiam est singulis digitis, gallo sclopi, vt vocant, subiectis, & pressis; cum aures negaret promittentibus libertatem atque honores, si vel verbulo edito ad Calui. ni parres transiret. Iterum id, iterumque contentissimo studio cum negaret Stephanus, dixere illi; se verò eum ad id tormentorum vi compulsuros. Mox illi vstulatū latus, vsque dum propè esfex exanimis. Præterea constat P. Stephanum, cùm iam pluribus vulneribus lacer ia ceret, ac se à vicino Catholico (à quo hæc habemus) audiri aduerteret, vicino illi ad retinendam perseueranter fidem Catholicam authorem fuisse, ac hortatorenn,

arű rem, quicquid in re tamtus nobili ingrueret tormentorum. Age, aiebat voce quâ Si 16poterat, & te bonum Christi militem prabe:iam ego ad conres lispectum dulcissimi IESV hinc euolo. Eorum sanguis mu-, fi ris, & sicarij vnius vesti ui. aspersus, diu recens appaım ruit quà erat fusus, neque no abstergi potuit. Ioannes 12-Laios Caluinista, prafectus 1m fuit carnificum; à quibus Stem. ıtű phanus & duo socij in latriesnam demű deiecti sunt vulneribus cooperti; sed postea ninde extracti, Catharina Pal ım fiá Proregis Forgachij cóiu-12 ge à Bethelehemo id impe-0trante. Reperta sunt capita 15) ilobtruncata, facies concisa, latera vsque ad costas fœedum in modü exusta. P. Stephani digitus ab illa reli-0gio.

266 Anni dier.illustr.

giosè, at priuata in veneratione, seruatus. Corpora Tyrnauię, apud S. Clarę San-Aimoniales in Deiparæ Assumptæ sacra æde, sunt condita. Auditos ibidem à religiosis illis Virginibus ad illa corpora cantus Angelicos, ad P. Ioannem Rumer Austriæ postea Prouinciale, scripsie P. Daniel Vasarhelyi; affirmauitque, id Virginem alijs Præfectam paratam esse iuratis testibus cofirmare: ad hæc; eadem corpora nec alibi sinè miraculis iacuisse. Aiunt etiam. nonnulli, corpora è latrinæ sordibus eruta suaui odore fragrasse; ac hæreticum quendam dixisse, auditum à se fuisse concentum Angelicum ad illa corpora tunc adhuc in cloaca iacentia.

P.Ed-

natation e gii coe

Mors .

P.Edmundus Arousmithaus

2-

2

11-

6

110

e-

id

i-

er

,

1-

Huius dostrina hæreticis Anglus. silentium sæpè imposuit. Ca- Lancaptus, in ipso carcere vnum convertit. Scripto illi obie-Aum, quòd Sacerdos, quòd satat. 4. Iesuita, quòd seductor esset; quippe qui dixerit: Extra Romanam Ecclesiam neminem saluum fore. Duo te-Res adfuêre qui eum fibi Catholicæ fidei amplectendæ Fides. authorem fuisse ac suasorem testati sunt. Ideò capitis damnatus, raptari, suspendi, & in ftusta secari iussus est. Ter in scalis flectens genua: Dulcissime 1 ESV, inquit, tibi vitam hanc meam in meorum satisfactionem peccatorum vltro denoueo. Tum ei quem in mortis tempora vsui sibi futurum conscripserat libello legendo intentus, M pre-

Arie. 7. Sept. 1648. atat.43.

precabatur: & à Prædicante (vt vocant) seu concionali hæreseos ministro, ad hæresim inuitatus, illique seuere respondens, Catholicos ad magnanimam perseuerantia hortabatur. Cæsus, Ambrosio Barlo ord.S. Benedicti religioso Sacerdori, earum quæ agebantur rerum incon. scio, adeòque absenti, postridie spectabilis adfuit, & diserte dixit, quam bene secum esset actum Lancastriæ. Eadem illum manere ibidem : pergeret porrò, satageret pro fide Catholica. id quod factum, Ambrosio parimortis glorià Edmundum secuto ibidem 20. Septembris anno 1641. Fama est, idem ab Edmundo eidem prædidum Lancastriæ in carceie, cùm istic Edmundum

Am-

Disce à

Soc. IESV Sept. 269

Ambrosius extremum inuiserer.

P. Melehior Grodesius.

Hic vnà cum P. Stephano Silefius. inter Apostolicos labores Cassonia 8. Sept. versatus Cassouix, pari cum 1619. illo morte à Deo est postri- atat.35. Sec. 16. die honoratus. Sicariorum, sue carnificum, vnus, cum, asperlam Patrum Stephani, & Melchioris sanguine suam sanguis. vestem arte nulla posset eluere, aliam induit: verum & in illa, non secus ac in eas quam exuerar, cruentæ sanguinis maculæ conspectæ funt, quicquid illam perlueret.

P. Carolus Spinola, seu-losephus à Cruce, cum octo socys. Italus. Heros hic fuit illustrissimi sanguinis, & virtutis. In-Lusitanico itinere ab hæreticis Anglis captiuus abuectus in

Nangasachi. 10. Sept. 1622. atat. 580 Juc. 37 ..

te ali

-Srè. ad

riá 0-

e-م

n. ri-

liim

2-

ەئىر et

bc 1-1

to 11-

2 lie-

2

270 Anni dier illustr.

Charitas.

B.F.

Zelus anim.

in Angliam; inde liber, in Lusitania, Indiam, Iaponiam appulsus est. Meaci septennio minister fuit Collegij, charitate tantà, vt quos eà incendi volebat P. Franciscus Pacecus, ijs author fuerit vt cum Carolo frequenti consuetudine vterentur. Familiare illi fuir Beatissimam Virginemnoules verbis Angelicis salutare, in honorem nouem mensium quibus Christus in eius vtero habitauit. Paruulo animam în campis agenti aquam è strophiolo in caput dissimulanter expressit, eumque baptizauit, & paruulus breui animam expiatam edidit. Ea res Carolo tanto solatio fuit, vt id vnicum totius suæ Iaponicæ nauigationis & laborum abunde magnum pretium sibi esse sit

testatus. Cum valeret, no- Noctu. Aibus propè singulis (nec Morns. rarò ad sanguinem vsque) se verberabat. Fructus Iaponicos cum magnopere appeteret, per plures annos nongustauit : postea tamen ius- Mensis. sus, obtemperauit. Quotan-Oratio. nis per mensis vnius interuallum se se recipiebat ad silentium exercitiorum. In sæuissima contra Christianos persecutione, sub losephia Cruce nomine occultus latuit ad opitulandum Christi fidelibus: & iniquissimis li-Fides! cèt illis temporibus quinque millia capitum baptismo lustrauit. Tandem 14. Decembris anni 1618. Omuræ abreptus est in carcerem; in colle ventis & omnibus cæli iniurijs peruium, angustum, eòque multifariam ærumnofum; M 4

ولا

m

io

j-

di

e-

m

1-

-i-

is

m

in

la

ti

ut

1-

15

i-

t

272 Anni dier.illustr.

sum; in quo adeò angustè sunt habiti Carolus, & socij, vt singuli integrum trium palmorum spacium non haberent.inde illis tot erumne, vt singuli corporis sensus suos quisque dolores haberet quibus affligeretur. Ad somnum extendere se non poterant; cibus nunquam. eximebat famem, sed mortem tantim arcebat. Diuinum tamen sacrificium, quod Carolus quotidie celebrabat, vim animi ei tantam addebat, vt diceret, sibi ergastulum illud paradisum videri; licèt in æstate diurnis nocturnisque sudoribus maderet, hieme autem frigore acerbissimo gelidus rigeret; vt taceam odorem teterrimum, & vermes, aliasque sordes humani corporis infitu,

Sacrum ,

situ, squalore, atque putre. dine. In quadragesima, Morissic. omnes quotidie benè longam verberationem institue. bant. Sed & alias, extra feltos dies idem agebant quotidie; MARIAno quo- B. V. que officio, præter pensum canonicum, quotidie recitato . 4. Nouembris 1620. 4. Noue S. Caroli deprecatione acris illum febris, nulla medici ope, deseruit, redditums sanitati. Cùm ad supplicium vocarentur, psalmos vnà, cum dulcissimis lachrymis cecinêre. In loco supplicij triginta millia Christianorum qui affluxerant sunt censa. Columnis alligati stetêre per horam, antequams ignis subderetur, & Carolo incipiente, læti cecinêre: Laudate Dominum omnes gen. Oratie. M 5 tesa

stè

ij,

م

2-

وي

us

e-

ld

n

ور

r-

ıi-

bd

a-

وسا

bi

n

is

1-

e

;

274 Anni dier illustr.

tes. Cum iam lentus ignis arderet, duo Iapones facti funt fidei desertores. Etuerò Carolus Aens ante prædixerat; non omnes ex eo numero coronam accepturos è manibus Angelorum. Scintillæ quædam è rogo in pectus Caroli aduolârant, eique adhærescebant. vnde ille primus corruit lento illo igne extinctus, secutis reliquis. Omnes de Societate fuêre octo: ex Ord. S. Dominici item octo: Minoritæ quatuor: triginta alij Christiani. Prædixerat Carolo P. Barrholomæus Riccius, illum in Iaponia fidei odio occidendum. Orandi signo domi audito, statim in genua se abijciebat, nec surgebat vsque dum hora etslueret. Eosqui in Christi odium

Amilio.

odium de Societate sunt occisi, nominatim singulos adnotabat, & prinatâ religione quotidie illorum opem exposcebat. Cusi sunt à Spinolaru familia inclytis & facinoribus & opibus orbi notâ, nummi cum imagine Caroli conflagrantis. Socij P. Caroli ea in morte fuêre hi:

P. Sebastianus Quimura.

Fuit hic primi qui in Iaponia Christum agnouit nepos, ex illustri plurium in fidei odium cxforum domo; idemque primus Iapon Sacerdos, anno 1601. initiatus. Paupertate, candore animi, ac simplicitate morum erat amabilis; orandi tam studiosus, tamque accuratus, oratio. vt semper illi ad manum fue. nit arenarium horologium ad M 6

I apon .. etat. 57.0. Soc. 38 a

is ti ò e-è

,

0 i-

2

)-

æi-

0

9.

0

0

وا

C

li

276 Anni dier. illustr.

ad metiendum precationis tempus. Inter sammas per trium horarum spacium stetiti, summâ & quietâ lætitià, oculis in cælum sublatis, manibus in crucem ad pectus compositis.

Sex reliqui, tirones Ia-

pones.

Combusti sunt cum Carolo, & Sebastiano tirones hi:

Antonius Kiuni. Gonsaluus Fusai. ætat. 40.

Ludonicus Gauara. Michael Xumpo, xtat. 33.

Petrus Sampo. Thomas Acai foxi, &tat. 50.

Septimus capite truncatus

est loannes Ciucoga.

His oblata erat libertas, si Christum desererent; sed mortem potiùs elegêre; ac mortis accepto nuncio vnà

om-

Fides.

omnes Te Deum laudamus Zelus. cecinêre. Petrus Sampo Iudici multa dicenti; Vtinam, inquit, vox hæc mea toto regno latè posset audiri! Altissimos montium vertices Fides, conscenderem; & omnes, omnes Iapones, die ac noche ad fidem, ad cælum, euoca. rem.

Thomas Acafoxi, Domus Mors famulum captum duci cum, optata. vidit, etiam se quæsitum. fuisse ad necem certior fa-Aus, eos à quibus quæsitus fuerat est assecutus, dixitque; sibi ea vincula deberi, non seruo. Dimisso ergò seruo substitutus ipse, vinctus, & flammis lentis absumptus est.

P. Petrus Diaz, & 4. Socij. Occiso nuper Ignatio Aze. nedio, illa quâ Petrus in.

Lustanus 13. Sept. 1571. ætat. 45. Soc. 23.

In-

is

er

e-

â,

20

US

100

es

45

ël

an

15

d

C

福

278 Anni dier. illustr.

Indiam vehebatur nauis ab hæreticis capta est. P. Petrus, qui alijs præerat, ab auditis aliorum confessionibus redux, vnà cum Gaspare Goë, & puero tenello, qui à P. Petro auelli se non patiebatur, occisus.

ac

tis

XI

ci

m

ri

igal

q

n

PPlifed

n

P. Franciscum Castrium, in excipiéda vulnerati cuiusda confessione inventum, Galli haretici certatim punctima ac casim confodère.

Michaël Aragonensis Scholasticus magnā in seipsumsænitiā, & ingenio nobili celebris, cum Francisco Paulo,
in mare præceps deiectus.
Mox in Sanctorum reliquias
& imagines effusus suror hæreticus. atque hæc omniatantā rabie acta in Societatis
homines, vt Gaspar Gonsaluius sociorum ynus, vile

ac

ac timidum caput, cùm Iesuitis haud parci, imò illos maximè peti, videret; veste Societatis posità, se turbæ immiscuerit. Sed mortem gloriosam quam fugiebat cum. ignauâ commutauit. Etenim ab hæreticis in mare abie-Aus est cum turba inutili, quam illi alere nolebant, ceu nauis ignatum atque inutile pondus. Singillatim de P. Petri Diaz virtutibus illud affertur; eum adeò fuisse modestum, suique custodem, vt ferè in se componendo videretur occupatus. Diuinum officium semper de genibus recitabat. In confessionibus, potissimum ad scrupulos eximendos, suit aded promptus ac dexter, vt auditus fuerit quidam dicere; paratum se adi

n ã li

280 Anni dier.illustr.

extrema orbis limina Petrum sequi, vt illo confessario vti posset.

lit

pe

P

ri

pi In

b

de

0

B

30

ai

q

10

pa

bi

q

gi

टी

P. Guilielmus Boytonus .

Hibernus. Gassellæ 13. Sept. 1647.

Hic post operam in Ciuium suorum ytilitates impigrè impensam, in clade Cassellensi (vbi trecentos Hibernos milites Catholicos septé hæreticorum millia obruêre in templo) tunc istie vnà collectos Catholicos Sacramento pœnitentiæ expiabat. Ibi victor hæreticus miles dirè in canos senes, in foeminas, in paruulos cæde grassatus est, sanguine latè profuso. Maximasæuitiæ pars in Sacerdotes incubuit. Hos inter cecidit felix victima etiam Boytonus, cum hætetici, Sacerdotes potissimum ad necem deposcerent; si hos dederent, mili-

Fides .

281 Soc.IESV Sept.

litem omnem impunè abire permissuri.

m

ti

i-

i-|-|C

e

Octo Socy in odium fidei

occifs.

Decem superstites socij P. Petri Diaz (de quo he- 14. Sept. ri) carceribus, pugnis, ala- 1571; pis, & sputis malè mulctati. In summo vertice contundebantur, in coronæ Sacerdotalis opprobrium; obie-Cantibus hæreticis, quòd in Brasiliam vsque tenderent ad fidem prauam (vt iph Fides. aiunt) proseminandam.

Petro Fernandio Nouitio, Modestias quòd modestus esset, oculos digitis aperiebant, caput paxillis surrigebant. Exprobrabant cachinno hæretico, quòd à Christo, à B. Virgine, atque à Sanctis nons iuuarentur. In mare abie-

cti sunt

282 Anni dier.illustr.

Petrus Fernandius, & Ioannes Aluarez, &

ti

id

ca

in

le

fu

C

IE

VI

tu

P

re

pl

M

po

al

te

CL

de

CE

FL

tio

mox hausti sunt. Didacus Ferdinandus adnauit ad nauem aliquam, & receptus est; vri & Sebastianus Lopez. Alij fessi luctando cum aquis, Credo & Miserererecitabant cum Alphonso Fernando illicò submerso. IE-SV nomen implorauit Andreas Pais, & haustus est; ac post hunc Ferdinandus Alnarez. Eandem in aquis morté oppetière Petrus Diaz & Didacus Carnalius. Piratarum illorum antelignanum. aiunt postea in oppido sibi natali, securi occisum. Nauta præcipuus, cum nostros in mare abijceret, ipse quoque delapsus, ac mersus est. Alphonso contra sidem plura obie Lantibus responden-

Fides.

ti, diserte dictum est: 06 id ipsum est tibi moriendum.

200

15

1-

15

)-

m

r-i-is

として

1-

S

1-

P. Camillus Constantius.

Nobilis hie, locuples, & Italus. castissimus adolescens, olim Tabira! immissam ad se doio conscelerato noctu foeminam, casto etat. 50. furore plenus, eieciti& actis Christo Crucifixo gratiis IESVM ac MARIAM, ne vnquam inquinaretur, preca. tus est. Indiâ, & Iaponia im- Castitas. petratâ potitus, præter labores Euangelicos, & exilium, plures ærumnas tolerauit. Militis persona tectus in Iaponiam redijt, per omnem. industriam atque pericula in animarum commoda intententus, & omnia noctu concursans. Capitis damnatus, delirus putabatur; quòd diceret, se iam votorum suorum summam penitus attigif-

15. Sept. Soc. 30 ..

Fides

Orazio .

Mors .

gisse. Tabiræ ad Firandum rogo addictus, palo fune ex arundinibus texto alligatus, ad populum de animæ immortalitate, ac felicitate fidei Christianæ dixit egregiè . Incendio inuolutus, orabat : & flamma tantisper diduca, seu aperiri visa, illum orantem ostendit, canentemque: Laudate Dominum omnes gentes. Glovia Patri, &c. Tum tertiò Iaponicè pronunciauit voce claré percepta: O quam bene mibi est! Iam flammis absumebatur corpus, cum adhuc Sanetus, San-Etus, Sanctus quinquies cantare auditus est. Dicebant barbari; tantam illam eius viri fortitudinem supra mortales vires altius quidpiam habuisse.

P. Mat-

Ia

m

CE

pi

tr

li

lu

li

fi

fr

h

li

Pd

r

Soc. IESV Sept. 285

P. Mattheus Fernandez.

m

X

S

1-

وح

52

7ri

1-

te

200

ò

]=

8113

1-

17

2=

1-

t

S

1ª-

-4

Cocini natus in India, in Indus . Iafanapatan quinque millia in Iafanamortalium baptizauit. Lan- patania. 15. Sept. ceis deinde confossus, & ca-1628 ... pite plexus est.

P. Bernardinus Pecius

seu Senensis.

Eodem die ibidem ob- Italus. truncatus, post insignem di- ibid. ligentiam nauatam pro salute animarum. Aiunt reliquias illius suaui odores fragrasse.

P. Rudelphus Corbans.

Huius & Pater, & duo fratres Societatem ingressi Londini. sunt, matre cum duabus filiabus ordinem S. Benedicti professa. Celebris fuit Rudolphi virtus ab admirabili rectione linguæ meditate lo- Lingua. qui, & prudenter tacere scientis. Per annos 12. clam

Hibernes. 17. Sept. atat. 47. Soc. 20.

1n

in Anglia pedes concursans

tif

pra

rai

qu

uit

fus

pti

off

ibi

fal

ter

bu

pli

tat

CO

dil

yix

pli

mi

pr

ex

nis

Fidesa

Fides .

omnia, laborauit; & 18. Iulij 1644.ferè in sacro deprehen. sus, non negauit quis esset. Patibulum suauissimè exosculatus est amplexu tenerrimo. Vicecomes 17. Sept. disertè affirmauit ei hoc die moriendum, quòd plures ad Ecclesiam Romanam seduxerit. Aderant ad patibulum Sacerdotes qui illum, & Ioannem eius amicum pari de causa cædendum, dato ab illis pœnitentis animi signo, à peccatis absoluerent. Ita suspensi: tum secti inpartes, eo die quo Gerardus Corbæus Rudolphi Pater ante septem annos in Societate de vita migra-

Iapon. Iendi. Septembri. Tat :

1633. atat 67. Soc. 47 .

Ioannes Tama. Coad. Inter cotinuata vitæ mor-

tif-

15

n

tisque pericula Euangelio præstante suà eloquetià operam per regna Iaponiæ quaquauersum excurrens nauauit, etiam ab exilio reuersus Macao. In carcere scriptione nobili Iaponibus suis offusas tenebras ostendit: & ibidem permultis profuit ad salutem per annos plures tentus, atque ab optimatibus etiam visitatus, qui explicatam ab illo fidei veritatem perspexêre. Iaponico tandem suspendio è pedibus in scrobem pendens vixit extremum.

P. Michael Pineda .

Solidarū virtutum exemplis clarus fuit Michael, multis in patria exhaustis pro fide laboribus postea 1633. extorris Manile in Philippi- etat. 56. nis. Inde reuersum cum

Fides .

Iapon. Nangasa-Septembers. Sec. 26.

CX-

ce

ve

qu

tu

qu

re

Sc

re

ho

CI

ad

fc!

cie

næ

tu

cij

Vti

pe

fic

Fides .

exploratores omnibus exquisitæ solertiæ artibus ad necem quæreret, ab eo apud quem diuerterat, metu perculso, non quidem proditus est, sed cla nocte intempestâ, Cælo tunc maximè imbribus sæuiente, dimissus è domo. Ab eius noctis incommodis morbum contraxit; quo intra triduum confectus est, cum ad cruentam mortem toto desiderio aspiraret.

P. Franciscus Maccia-

dus

& P. Bernardus Pereira. Sultano Sequedo Æthiopiæ Imperatore ad Christum Septembri, adducto, ad ingentem rei Christianæ spem eò proficiscebatur duo hi Patres Goâ. Per iter ab Auxa Gurellano

Fides .

1625.

Lustani.

in Aethio-

Principe Mahumetano, carce<-

d

d

100

15

1-

è

1-

1-

1-

m

i-

24

m

ei

i-

â.

10

1-

cere, ludibrijs, vinculisque vexati sunt, atque occisi, quia id placituru credebatur Cabraëli, qui contra Sequedum Abassing Imperatorem Christo addictum, pro Schismate tuendo arma ferebat : & sciebatur Patres hos ad Sequedum pro fidei Christianæ propagatione, adeòque pro extirpando schismate, proficisci.

Thomas Riocan.

Ludonicus Cafucu.

Dionyfius Tamamoto . No-

uitij.

Tres hosce Seminaria So- Iapones. cietatis ad omnem Christia- cocura. næ disciplinæ normam insti- Septembri. tuêre. Vnde illi postea socijs inter labores Euangelij vtiles vbique adiutores, ac periculorum quoque socij fideles adhesere. Fuere ali-N quam-

Fides .

quamdiu extorres à patria.
ob Christi sidem: sed cum,
redissent, ac Patribus comires perpetui adessent, Nangasachi in carcerem conie.
cti sunt, & (quia id petebant) ritè in Societaté admis.
si. Cocure tandem lento igne
cremati sunt; quòd Christianam sidem populis predicassent.

bu

ib

pc

qu

tu

ue

ne

fu

ul

#

di

pe

ru

(V

to

pl

tr

80

bi

in

0

Sei

re

P. Georgius Fernandez atat. 33. Soc. 18.

P. Gomez Damaralius. ætat. 37. Soc. 20.

Lustani. in Iaua. 24. Sept. 1580. Georgius cum Aquauiua in Indiam venit: Gomez, ante illum cum Valignano: idque se dixit à Deo per Deiparam, quæ Rupis Franciæ nomine in extrema Castella percolitur, impetrasse nam peregrinatione votiua illuc prosectus, quod à Superioribus

B.V.

ه و

ولم

i-

n=

ie.

e-

if.

ne

2-

1

ua

n-

d-

i-

ix

la

m

UC

·i-

bus non poterat impetrare, ibi voti Indiæ adeundę compos effectus est. Ambo in ea quam Goâ Amboinum instituerant nauigatione; à lauensibus, Christi ac Lusita- Fides. norum hostibus, vnà occisi funt, cum Christianes in naui expiarent illo al addina

P. Godefridus Thelen.

Per iter à Carbani oppidi hæreticis captus, illusus, percussus, tanquam bello- num. rum & Papisticæ idolatriæ (vt illi loquuntur) seminator, ac tandem glande plumbea in pectus explosa traiectus, cecidit in genua, & sublatis ad Deum manibus atque oculis; Domine, inquit, exaudi orationem mea; & non intres in iudicium cum serno tuo. Tum in capite, ac Mors. reliquo corpore contusus, fau-

German" ad Rhe-25. Sept. 1620. a1.32. Soc. 8.

sauciusque occubuit. In cadauere sex inuenta vulnera ampliora. Cilicium, flagellum, cereum Dei agnum, reliquias (quæ secum per iter ferebat) in ignem abiecêre. In loco cædis postea anno 1625. Carbensis Gubernator sacellum S. Grucis erexit, & omnem cæsi P. Godefridi tragædiam ittic depingi curauit. Hanc mortem sic obitam hæc vitæ ratio præcessit. Sacerdotio extremo vitæ anno initiatus, officium diuinum cum otio, & meditate recitabat. Quotidie coronam Deiparæ tertiò euoluebat, attente atque flagranter; & SS. Euchari stiæ Sacramento adorando post prandium quartam horepartem dabat. Ad eandem percipienda synaxim etiam

B. P.

Euch.

Poeboff fell go att geaf a This

[n]

ne-

fla-

ım,

per

ic-

28

Ju-

cis

-0

le-

em

tio

re-

ffi.

8

ti-

riò

وفا

iæ

oft

11-

ب

m

noctu se parabat, somni parte decerpta, & Angelo Mortif. Custode rogato, vt citiùs excitaretur; ad hæc, sui verberatione præmissa. Post dininum epulum, vni sacrificio religiosè intererat. Si quis eius nominis ignarus de illo quidpiam loquivellet: Ille, aiebat, ille Pater qui tam frequenter ac feruenter orare consueuit. Ludoui- Lectiospisci de Ponte operibus lectitandis pietatis suæ ignicul'os fouebat; S. Vrsulæ quo- Mortif. que colenda, ac visendis eius alcaribus, vbi id posset, addictus. Cilicium illi perfamiliare, in scholis etiam, ec in summo æstu. Christi patientis, & Beatiffimæ Virg. B.V. Matris honori atque amori feria sexta à vino, à cœna Sabbato, abstinebat. N P.Pen -00

294 Anni dier.illustr.

P. Petrus Martinez .

Hispanus. in insula Tacatucurana. 28. Sept. 1566.

Charitas.

abed.

Fides.

Visâ in Societate mutuâ sociorum charitate, Socie. tatem, à qua fuerat animo alieno, experijt, & obtinuit. In illa parendi, tam suit auidus, vt non duo tantum, yerum ducenta officia subire se paratum diceret; si obedientia ita vellet. quare fuit semper, in culina, in naui, ad operas, ad conciones, ad facras expeditiones aprus & expeditus. In Florida inc. diam perpessus, dum omnes circum terras lustrat, in illas Euangelium illaturus, è scapha extractus à barbaris, flexis genibus, elatis in cælum manibus, capite claua con. fracto, mortem quam optabat, quamque prædixerat, est adeptus. Catharina Martinez, Petri è germano

Soc. IESV Sept. 295

neptis, anno 1615. iam. deposita mortem opperiebatur; cùm vocem audiuit, quâ nominatim vocabatur. Ignaræ cuius ea vox esset, ac hærenti, dictum: Ego sum tuus patruus, P. Petrus Post mor-Martinez è Societ. IESV: Deus meis precibus inco- Disce à columitarem tibi restituit. mortuis. Incipe ab hoc die te impensiùs dedere Dei obsequio: Feruor. contemne teipsam, & mundum, & quicquid in eo est; & cessa à litibus. Hisce au- Humiliditis repentino se sanam tat. reperit; stupente medico quòd iam incolumis se vestiret, ac cælestis odoris quiddam fragraret in conclaui. Aiunt pluuiam quoque illius meritis, ac valetudinem, etiam alijs, impetratam.

- N 4 P.loan-

111

uâ

ie.

no

it.

ui-

ire

e-

res

ui,

ad

80

ne-

es

las

:3-

le-

m

n.

2-

63

a

10

296 Anni dier.illustr.

P. Loannes de Fonfeca.

Instanus.
in Iaponia.
29. Sept.
1620.
etat. 50.
Soc.32.

Arimæ Iapones multos
perannorum 16 internallum
fæcundo sudore connertit.
Hunc demum inedia, &
ærumnæ longissimæ arque
plurimæ confecere, cum
tempore exilij socijs eiectis,
clam ipse istic latuit vt Christi pusillo gregi prodesset.

P. Martinus Laterna .

Roxolanus. in mari. Baltico. 30. Sept. 1593. atat. 45. Soc. 29. Califij literis imbutus est magna ingenij fama vsque ad laudem extemporalitatis. Braunsbergensium Patrum pietate, doctrina, consuetudine delectatus; exemplo sui magistri, se in Societatem dedit 10. Maij. Fuit Philosophus, Theologus, & missionum Apostolus insignis; at plane mirabilis in pœnitentia prædicanda, velut Ioannes in deserto. In

Exem-

- Ste-

Stephani Batorij (inclyti, & rei Catholicæ ac Societatis Audiosissimi Poloniæ Regis) castris criennio ad Regemi Larine, ad alios Polonice dixit; ac vrbes postea præcipuas fructu suique nominis celebritate impleuit; Romæ quoque confectis felieiter negotijs, ad que expedienda venerat Regis missu. A Stephani Regis obitu Cracouiæ factus ad S. Barbaram Procurator, subinde Leopoli focijs præfuit. Inde ad Sigismundum Regem accitus in Sueciam, cum è bella pax affulgeret, in Poloniam reueniebat. Sed nauis quâ vehebatur, ab hæreticis capta, omnes Catholicos vexandos exposuit hæreticæ perulantiæ procaciter in. Pontificem, & Romanam. N 5 fi-

S

m

.

5,

A

.

5.

Fides .

fidem grassanti. Dum ergò Martinus orthodoxos suos ad ea probra Christi causa fortiter toleranda hortaretur, hæreticis innotuit, eum non modò Catholicum, verum & Sacerdotem este, atque adeò Iesuitam. Iam. designabatur ad necem, cùm procacior quispiam intruso in os illi pane hortabatur vt comedat, breui quod abundè biberet habiturus. Mox exuto, manus dirè sauciant, eumque, inflictis priùs vulneribus, mari mergunt. Ingenium illi fuit mite; sed in diminis ardens audensque, ac semper cupidum plures ad Ecclesiæ gremium adducendi. Regij Secretarij oratione, tanquam Laterna Podonia luculenter laudatus est, addità quoque, ex ore fame

ac populi, martyris appellatione. Ioannes Demetrius Archiepiscopus illum pro concione prolixè laudauit. Laurétius Bienczovyski nobilis Polonus 37. annos natus, & de P. Laterna benè meritus, anno 1602. in Tartarorum seruitutem redactus in bello, de tigno appenfus, arque instar globi ligatus foueæ imminebat, ne quà elabi posset. Hic persanctè affirmauit, sibi die 7. Iunij 7. Iunij. Deum, ac Sanctos imploranti, conspectum currum splendidum quatuor equis candi- tem. dis vectum per mare, sedente in curru P. Martino Laterna radijs glorioso. Huico num se nosset interroganti, respondit Laurentius; nosse: petiuitque quid sibi ea pompa vellet. Tum Martinus, præ-

Calum

1

300 Anni dier.illustr.

Calum.

Fides ..

præmia illa fuorum laborum esse dixit, ques pro sanctâ Petri naui exantlasset, in. huius vitæ mari ac fluctibus. Equos, quatuor Euangelistarum, atque Doctorum. Eccleseprobeexplanatorum præmia esse ac symbola. Cæterum, num à vinculis abfolui vellet roganti Martino annuit captiuus Laurentius; & jussus ab eodem loca sacra Romæ, Cracouiæque inuisere, momento se liberum vidit in campo Russiæ quinquaginta leucis dissito à castris carcereque illo Tartarico. Hæc vidente, sed an vera essent hærente Laurentio, aurora exorta est, & ille visis vinculis ad pedes suos ia entibus, quatuor Polonos, qui ante quatuor dies ibidem captiui se fugâ futsubduxerant, iter per eundem campum facietes agnouit: Romam religiosè inuifit, rem hanc omnem fuo confessario P: Matthwo Pakost Pœnitentiario Polono, alijsque iuratus narrauit: & hæc omnia anno 1607. à lacobo Lauro, cum Pontificis priuilegio, æri Romæincisa. funt, ac vulgata. Anno: Beatissimæ Deiparæ Chesto-27. Sept. chouiensis honori vota conciperent, vrgente periculo, narrauere visum sibi P. Mar-B.V. tinum in aëre: dixisse illum quis esset, ac prædixisse saluos fore; hortatum denique ve promissa fideles ad Deiparam exequinon omitterent. Anno 1607. (vel.8.); Leopoli Mater de filiarum in religioso coenobio Nouitiam

â

æà-d

2

r

1 42

tiarum constantia sollicita, cùm illæ tam corpore quàm animo adeò affligerentur, vt seculum repetere omninò in animum induxerint priùs quam religioso se Sacramento adstringerent; ad notum olim & charum sibi P. Martini nomen confugit quam potuit dolentissime ac flagrantissime, pro ope, in re illà infamiæ, ac salutis æternæ periculum inducturâ. Postridie illas inuisit, & valentes corpore, animo tranquillato, instituti sui reginentes, ac lætas læta inuenir.

lacobus Antonius Tacusima.

In carcerem odio fidei Christianæ coniectus, ibidem in Societatem adscribi petijt, & obtinuit; vir eloquens, ac præstantis exé-

pli.

pl

ce

di

ill

re

ba

21

aic

20

il

re

ra

u

Japon. Scikie 30. Sept. 1633. Soc. 1ESV Sept. 303

pli. Viuus felicissimo incendio conflagrauit, ab ijs damnatus ad rogum qui in. illo, ciue suo, Christianam Fides, religionem oderant, & extinguere nitebantur, morte delecis ijs qui eam prædicabant.

P. Amarus, seu Maurus Moureira.

Cùm ex incensa ab hære- Lufianus ticis Lusitanorum naui in ad Goams. aquas desilijsset, ijque alios 1639. adnantes cymbis exciperet, illum è veste Iesuitam, è co. rona (seu vertiee illà die raso) Sacerdotem esse agno. uêre; ideòque non recepé- Fides. re cum alijs, imò contis truculenter confecêre.

30. Sept. ætat. 42. Soc. 22.

OCTO-